



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXVIII. Tacitam præsumptionem, multis incognitam, ad res magnas gerendas aditum præcludere. Quæ eius indicia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

detrahat, sibi que vsurpet, quod ad ipsum solum
pertinet.

Ideo Ieremias talibus male imprecans, Male-
ficus, ait, homo qui confidit in homine, & ponit carne
brachium suum: erit enim quasi myrica in deserto: &
non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate
in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. &
Ecclesiasticus ita nos hortatur: Non te extollas in
cogitatione anima tua velut taurus, ne forte elidatur
virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fru-
ctus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum
in eremo. Superbiae taurum comparat; cui cum
liberum ad nos operaque nostra accessum per-
mittimus, nos allidit graviter; & si quos fructus
aut herbas virentes produximus, illas, quasi
bos, cunctas depascitur, calcatur, ac destruit, ma-
netque cordis nostri solum infructuosum, exi-
catum, incultum, desertum, sicut lignum in ere-
mo.

Ierem. 17.

Ecc. 6.
Simile.

CAP. XXXVIII.

*Tacitam presumptionem, multis incognitam
ad res magnas gerendas aditum pra-
cludere. Quae eius indi-
cia.*

227. **H**Is, quae diximus, etsi plura addi posse
ad perniciem arrogantiae detestan-
dam merito videantur: (nam pauca mihi
pro rei indignitate dixisse videor) tamen,
ne longior sim, ceteris omissis vnicum operae
pre-

pre-

pretium me facturum confido, si, quod in hoc genere lateat, è profundissimis latebris eruat & in lucem producat. Quam enim arrogantiam altero capite descripsimus, positivam, & actualem, & exercitatis sat palpabilem, haud difficile cuius iam erit agnoscere: alij vero arrogantes esse non putantur, quod nihil sibi arrogare videantur; imo cum Pharisæo Deo gaudent, quod non sint sicut ceteri hominum, cum Christiani sint, profitentur omnino se proficisci; merita quoque Domini nostri agnoscunt; alios non contemnunt; virtutibus naturali, & facultatibus sibi à Deo communicatis: tamen, quid quid agant, hos non excedunt; ad Dei præsidium non recurunt, rati se optime fecisse, cum utcumque ex sententia res succedunt. sæpe nihilominus his arrogantia non exigua cernitur: atque primis, quod ardua quæque aggredientes, suo consilio nitantur: quotusquisque enim aulis Principum (nisi admodum pijs sint) arrogantia etiam summi momenti confert cum Deo, lique commendat? quis etiam inter Ecclesiasticos promiscue hoc consilio utitur? quis inter Religiosos sic Deo nititur, ut eius ope indigeat & sane ardua illa, quæ salutem animarum concernunt, quæ publicæ rei bonum spectant, bene fiât, non sine eius ope fieri possunt. si enim consilio non utamur, merito se prætermittendum queri potest. Non utere calcæis vicini tui, scopis quidem, quibus indiges, nisi primum illum consulas: multo minus si sis in familia vobis

Euc. 18.

Arrogantia tacita indicia.

*1.
Ad Deum non recurrere. in rebus magni momenti saltem.*

presentia vel auxilio parris-familias pro aliqua re
 opus est. Si incuria existas, ubi Regis auctorita-
 te atque praesidio indiges; Rege minime consul-
 to nihil aggredieris: imo etsi sigillum eius ha-
 beam, aut clauem aulam triclinij, nihil unquam
 sigillo mutes, aut e triclinio educes; praesertim
 sine consensu, notitia, & auctoritas eius concur-
 rere debeant. At nihil sine Deo agere, nihil su-
 pernaturale, imo naturale proferre, non modo
 sine auctoritate, sed & sine concursu atque au-
 xilio eius, possumus: qua ergo ratione res nostrae
 felicem exitum sortiri possunt, ipso non audito
 nec consulto? Et quamvis lege ordinaria statue-
 rit concurrere in operibus naturalibus, ac etiam
 supernaturalibus, cum ex habitu virtutum pro-
 cedimus; non promittit tamen optima semper
 quaeque fore consilia, quae tibi in mentem pri-
 mum occurrerint, aut infallibilem assistentiam,
 nullo ab ipso petito subsidio. Sicut ergo eum *similia*
 Nobilem sibi praesumere atque arrogare dice-
 remus, qui propria auctoritate potentia Regis
 vteretur, quantumcumque Regem laudaret:
 nec pateremur ipsi res nostras pro cuiusque li-
 bidine vsurpari, nobis non consultis: ita proge-
 nere quodam arrogantiae Deus reputat, cum in
 rebus, praesertim magni momenti, vix semel in
 anno dignamur ad ipsum (cuius nutu tamen ac
 voluntate fieri debent omnia, utpote orbis uni-
 uersi rectoris ac supremi dictatoris) accedere,
 ac res nostras commendare.

Fiunt nostra quidem subinde non male: sed
 quia sensu nostro fiunt, qui praesentia tantum
 spe-

speculamur, futura non prospicimus, nec rerum
inter se dependentiam, breui ea inter se conde-
luntur, & ad nihilum rediguntur: quæ
Deo auctore constituuntur, qui nouit rerum
tempora, ordinemque, causas, ac consecutiones
ea sapienter ordinantur, & futuris sæculis vtili-
tatem, exemplum, admirationemque parant.
O si cognosceremus quantum nobis de cæli-
ti atque Reipublicæ adferimus, quantum de
ius splendore, commodo, protectione de-
hamus, hoc Dei præsidium negligentes:
mortalium nouit; nouere soli beati, & Deus
maxime, qui semper præsto est, ut petentium
dona largiatur. Et cur mundus tot calamitatibus
paritur? familiæ male reguntur? tot bella
liciter geruntur? tot prouinciæ ac regna
adeo secundo successu administrantur? qui
homines humeris suis ea sustentare præ-
munt, suis viribus, suoque ingenio: ultra huius
mites non transgrediuntur; ideo confuso
gna & singulos inuoluit, & communis se-
uertit.

*Indicium
2. Quod
homines
non Dei,
sed suam
gloriam
quarant
in rebus
quas fa-
ciunt.*

128. Alterum indicium arrogantia: tacite est
quod homines gloriam suis e facinoribus re-
portare intendunt; & vero iis quomodo cum
que patris extolluntur, ea per sæpe commu-
morant, in tabulas publicas & annales referunt
suæque posteritati tamquam præcipuam heredi-
tatem relinquunt: quæ tamen si discutiantur,
erratis scæntia, multa que sæpe reprehensione
digna inuenientur: & ideo maxime, quod
Domini non contulerunt, suamque, non Dei
gloriam

gloriam quæsiuerunt : huius enim, non nostra,
 gloria quærenda est; de nostra ipse plus satis e-
 rit sollicitus. hunc enim finem gloriæ Dei res o-
 mnes prospiciunt; ad eum naturali quodam
 pondere tendunt; quia Creatorem suum illum
 esse cognoscunt, suumque principium ac finem
 ultimum: refluant ergo, vt bene eis sit, eo, vnde
 sunt profectæ. *Creauit Deus, ait Moyses, cunctas
 gentes in laudem, & nomen, & gloriam suam. & Sa-
 pientius: Vniuersa propter semetipsum operatus est Do-
 minus.* Et merito hanc gloriam exoptat Domi-
 nus, quia dignum & iustum est vt ei hoc redda-
 tur: nec exigit aliud, quam summe sibi debitum:
 sicut pater sine iusta reprehensionis causa exi-
 git honorem ac obseruantiam sibi à filiis exhi-
 beri. Quod si quis honorem in se deriuare mo-
 larur, Deo infert iniuriam: quod Diuus Au-
 gustinus optime declarat. *Tuum, inquit, Domi-
 ne, est bonum, tua est gloria: qui enim de bono tuo glo-
 riam sibi quarit, & non tibi querit, hic fur est & latro:
 & similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam.*
*& scribens ad Aurelium, Quod, inquit, accipitur
 laudis aut honoris, non propter se, qui totus co-
 ram Deo esse debet, & humana contemnere, sed pro-
 pter illos accipiatur, quibus consulere non potest, si ni-
 mia deiectione vilescat. expedit enim nos subin-
 de honores admitte, e, non nobis, sed Deo, vt
 in seruis suis honoretur: & proximus vtilitatem
 accipiat, quando serui Dei huiusmodi hono-
 res sibi non quærunt, sed Deo & proximis. vn-
 de Diuus Bernardus: *Fratres (inquit) nemo ve-
 strum velit laudari in vita ista: quia quidquid hic
 fauo-**

Deut. 26.

Prou. 16.

In Soliloq.
c. 15.Epist. 64.
ad Aure-
lium Episc.Serm. 13. in
Cant. post
mediam.

fauo-

fauoris captas, quod ad Deum nō retuleris, ipsi fauore tibi enim vnde gloria, putide puluis? tibi vnde: deus sanctitate? sed Spiritus est qui sanctificat: Spiritus non tuus, sed Dei.

Indicium
3. Quod ho-
mines ex-
ponant se
peccandi
periculo.

229. Tertium indicium arrogantiae ac presumptionis tacitae est, quod homo saepe se peccatis peccandi exponat sine iusta causa: vt si quis castitatem profiteri velit, & excellere in ea, terea in conuiujs frequens est, & in mensis delicijs familiariter cum mulieribus committitur, subinde etiam leuioribus, & solus cum & quidem in tenebris, somno atque otio indulget, vestium cultum atque molliem statur; hic si castus est, vel stipes est, vel Deus cum ipso in lege ordinaria dispensat: quandoquidem viri eximiae sanctitatis viuunt, se uere in corpora sua animaduertunt, vino abstinent, nisi necessitas cogat; durius dormiunt, & statis paucisque horis; sensus diligenter custodiunt; numquam soli, sine arbitris mulieribus loquuntur; & tamen querunt uolum molestiorem se pati aduersarium, quam domesticum. Sed in die iudicij mira arcana detegentur, quae nunc homines latent. Vlcus olim attingit Dominus Iesus, sed non omnino

Matth. 23. aperte, quando Iudaeorum Principes vocauit pulchra dealbata, quae à foris parent hominibus speciosas, intus uero plena sunt omni spurcitia.

Lib. I. Conf. S. Frac. part. 2. lib. hist. Rutgerus quidam è D. Francisci familia, uir integerrimae, numquam oculos coniecit in feminas, etiam notas: à quo sciscitatus eius perter spiritualis quid causae esset, cur, cum tanto

puritatis dono præditus esset, vultum tamen a-
 uerteret à conspectu mulierum honestarum; “
 respondit, quando homo facit quod in se est, “
 occasionesque fugit peccandi, tum vicissim “
 Deum facere quod in se est, hominemque tue- “
 ri: quando vero quispiam se temere conuict in “
 delictum, tum merito à Deo deserui, homines “
 que plus æquo sibi præfidentes facile in pec- “
 catum labi: qui enim amat periculum, peribit in Eccl. 3.

Seraph.

Indicium præterea falsæ confidentiæ, seu ta-
 citæ præsumptionis, est, quod, qui rem arduam
 aggreditur, vel tentationi resistit, de qua victo-
 riam reportare nititur, si contingat ipsum spe
 sua frustrari, vel in defectum prolabi, illico abii-
 cit animum, nolens amplius conceptum decus
 persequi, aut victoriam de passione sua reporta-
 re: ratus rem esse vel omnino impossibilem, vel
 nimis arduam ac difficilem. non enim viribus
 huiusmodi perficiuntur, sed Dei auxilio; quod
 non minus paratus est nobis nunc conferre quàm
 antea, modo de viribus nostris diffidamus, & in
 eo confidamus. Idem iudicandum est de tristitia
 quæ casum illum consequitur: si enim is qui spe
 excidit, vel lapsus est in peccatum, graui tristitia
 afficiatur; quo maior ea fuerit, eo maius indicium
 confidentiæ propriæ est, quæ ob humiliationem
 & confusionem hunc mœrorem inducit. Qui
 rem minus gloriose gessit, aut qui cecidit; trista-
 tur is quidem, sed omnis eius sollicitudo circa
 reconciliationem cum Deo, vel augmentum di-
 uinæ gloriæ versari debet: quæ spem non exclu-

*Indicium
 4. Animi
 deiectio &
 tristitia.*



dunt, sed augent: ut sicut sibi praesidentes non modo animum abiiciunt, ac recedunt à prosecutione boni quaesiti, sed etiam à medijs salutaribus alienantur: (deserunt enim Sacramentorum remedia, solita pietatis opera) ira & de se diffidentes, Deique subnixi auxilio, eadem bene agenda desideria retinent, & primum omnium ad laetitiam subsidia conuolant, Sacramentorum etiam corripunt, & operibus bonis Dei misericordiam & auxilium ad resurgendum beneque agendum sibi demerentur.

Quod vero illa animi delectio ac tristitia indicium sit praesumptionis, non confidentiae uinae, ex eo maxime colligitur, quod ea tristitia praesidentis nascitur inde, quod contra opinionem de suis viribus conceptam videat illius sum aduersum sibi accidisse, nec posse deinceps vlla ratione desideriorum suorum scopum attingere: non enim statuit aliter procedere quam antea; id est, assequi votorum summa sibi velle sibi que gloriam de re bene gesta adscribere: quia id non potest: & si attentet, id frustra fiet, cum eius ignominia; ideo tristatur.

Indicium 230. Quintum arrogantiae tactae indicium est quod in re tanta, quae geritur, quaeque non tantum aut interdum etiam Reipublicae salutem concernit, nullius virtutis usus appareat: non fidei (ante diximus) quia fides rationibus supernaturalibus utitur: non spei, quia haec Domino immititur, ideoque fortitudinem induit. hi vero qui sic agunt, molles omnino sunt: & si minimum incommodum occurrat, si de peccato eorum aliquid

Indicium
5. Quod a-
stibus vir-
tutum nul-
lis uti-
mur.

quid deducendum, si periculum vite ad eundem, facile se subducunt; gaudent vero si res prospere adueniant, suo prope casu, secundaque fortuna: quod ubi euenit, sibi gratulantur, gaudent, sibi que attribuunt, quasi ipsius rei gestæ causa extiterint. Ita est; ita mundus regitur, pessimeque se res prope haberent, nisi eos Deus, quos contemnit, diligeret, eorum misereretur, eosdemque sua bonitate sustentaret, mundum regeret pro uirtute & sapientia, ac de singulis misericorditer disponderet.

Re ipsa tamen uoluit testari, nimiam hominum confidentiam sibi displicere, eorumque fiducia funesto exitu prope concludi. Filij Jacob uendiderunt Ioseph in Ægyptum, suo quidem consilio: at Dominus, qui est malis hominum solus bonus, effecit ut summo honori Ioseph ea uenditio cederet, ipsis uero ignominie & timori, ubi fratrem suum Ioseph eo loco conseruauerunt, quo meritas ab eis poenas posset exigere.

Saul non consulto Domino sacrificium obtulit, cum bellum ingrueret; aduenit denique Samuel, eique id ipsum exprobrauit, dicens: *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum; sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei ut esset dux super populum suum.*

Idem Sauli contigit in expugnatione Amalec: pepercit enim Regi Agag, & optimis

Deo displicere præsumptionem, exemplis ostenditur.

1.

*Gen. 37.**Gen. 41.**Gen. 45.*

2.

1. Reg. 13.

3.

1. Reg. 16.

Q99 2 gregl.

gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant. Sed quid secutum est? Occurrit Samuel, gratulamine sic eum affatus est: Nonne, cum parvulus es in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Præter ergo quod abiiecisti sermonem Domini, abiicit te Dominus, ne sis Rex. Excusauit se Saul, quod putaret se cisse quam optime, ad sacrificia Deo offerenda, sed id ipsum contra expressum Dei mandatum de quo si dubitabat, consulere Dominum non poterat, aut sapientes: quod prætermisit.

4. *Iudic. 10.* Filij Israel, coacto exercitu quadringentorum millium, vt delerent filios Benjamin ob iniustum stuprum illatum vxori cuiusdam Leuitæ: cum hostem adoriuntur, ceciderunt ipsi primo congressu viginti-duo millia virorum, secundo pugna iidem & altera vice à filiis Benjamin Gabaa egressis cæsi sunt ad octodecim hominum millia. Vix alia causa cædis huius colligitur, quam quod fortitudine & numero confiscentes suos aggressi fuerint.

5. *Iosue 9.* Iosue quoque egregie deceptus est à Gabaonitis, simulantibus se e remota regione venientes societatem amicitiamque postulantes, huius erroris Scriptura causam illam cõmemorat, quod eos consiliumque Domini super hoc negotio explorare neglexisset.

6. *1. Mach. 5.* Iosephus & Azarias, Principes virtutis, occurrentes præclara Iudæ Machabæi facinora, vulnerunt & ipsi sibi nomen parare. Occurrentes Gorgias eos fregit, fugauitque vsque in fines Iudæ; & ceciderunt (ait Scriptura) illa die de populo Israel.

Israel ad duo millia viri. & facta est fuga magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ita nobis accidit, cum absque consilio caecoque impetu in desideria nostra tuimus; meritaque damus poenas temeritatis, quod ab eo consilium auxiliumque minime postulemus, sine quo hostes, siue corporales, siue spirituales, nullo modo vincere possumus.

C A P. XXXIX.

Laus diffidentiae propriae, eiusque utilitates.

231. **D**iximus de praesumptione tacita: vult enim Dominus ut non tantum re ipsa ^{Maximam vim spei pane in sui diffidentia consistere, probatur 1. ex Scriptura.} scientes & volentes non praesumamus de nobis, sed ne dissimulanter quidem; imo ut plane diffidamus de viribus nostris. In hoc maxima virtutis huius consistit; quod è litteris sacris colligimus manifeste.

Iosaphat enim fortissimos aduersarios Moabitae & Ammonitae devicit, hac precatione ^{I. 2 Paral. 20.} praemissa: *In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quae irruit super nos; sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Placuit Domino diffidentia illa Iosaphat, eiusque orationem exaudiuit: atque hostes, in semetipsum conuersi, ingenti miraculo mutuis conciderunt vulneribus.